



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Vbi quæ ad omnifariam Episcopi potestatem, vel ad Sacramenta, &
Ordines conferendos, vel ad dispensationes elargiendas pertinent,
comprehensa sunt

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Sacros Ordines quando, & qualiter conferat? Allegatio XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98621)

exercere agriculturam. Sic etiam non dicitur negotiari ille, qui vendit fructus suorum fundorum, vt resoluunt *P. Molin. d. disp. 342. num. 11. Claud. Tuti. alleg. 14. num. 2. Ioseph. Ludou. concl. 15. vers. fallit quando Cened. ad decretum collect. 37. num. 2. in fine. Valasc. consult. 131. a num. 6. Alosf. Rrec. d. resol. 317. num. 8. ubi num. 10. resolut non dici clericum negotiatorem, vel mercatorem, licet id quod superest, de eo quod vilis ad sui, vel suorum sustentationem emit, inso pretio tunc currente carius vendat, quam emit.*

12 Fructus tamen ex suo semine, suaque industria collecti ex alieno agro conducto venditi, gabellam solunt, quia tunc dicitur negotiari, vt per *Gutier. de Gabellis q. 63. num. 68. & 72.*

13 Sic etiam non teneretur clericus soluere gabellam ex emptione adium, quas emit ad suum vsum, scus si emat ad locandum, quia ita in supremo Portugaliae Senatu iudicatum refert *Cabed. decis. 189. p. 1. de cuius decis. veritate vide Valasc. consult. 131. num. 10.*

14 Militares Religiosi ex Ordinibus militibus Christi Domini, D. Iacobi, & D. Benedicti, & alijs similibus eximuntur a tributis, & gabellis, disponit apud *Lustratus Ordin. Regia lib. 2. tit. 11. §. 21. & apud Hispanos l. 9. tit. 18 lib. 9. noua recap. resoluunt Mench. illustri. cap. 105. num. 45. Parlad. lib. 1. rerum quod. cap. 3. §. 1. num. 19. Bobadill. in sua politica lib. 2. c. 18. num. 264. Gutier. de gabellis q. 95. a num. 12. Nau. conf. 23. de Regular. vbi de militibus Sancti Stephani. Valasc. consult. 131. num. 3.*

15 Dubium tamen est an huiusmodi exemptio a tributis concedatur vxoribus viduis horum Militum? praxis Regni Lusitaniae obseruat illas hoc priuilegio non gaudere; sed contrarium verius est, per ea quae tradunt *Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 57. & tit. 2. li. 4. pag. 795. Azuado l. 9. num. 4. tit. 11. lib. 2. noua recapit. D. Barbosa in l. quia tale num. 23. ff. soluto matrim. Cabedo p. 1. decis. 98. & p. 2. Aresfo 71.*

16 In Regnis Hispania, quando clericus aliquid portat ex quo gabella deberetur, si non fuisset exemptus, tenetur id ipsum denuntiare gabellarijs, quod & alijs Prouincijs obseruari testantur *Ioseph Ludou. tom. 3. comm. opinion. tit. de Gabellis conclus. unica, §. inferitur. 10. vers. isti etiam Brunor. a sole in locis communib. verbo gabella 4. steph. Gratian. decept. forensium cap. 17. num. 8. cum seqq.*

17 Illo vero non manifestante maliones manifestabunt, & si hoc non fecerint tenebuntur refarcire damnum ex traditis per *Perez. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 41. num. 12. pag. 651. Farin. in praxi crimin. p. 6. q. 172. num. 19.*

18 Et ipsi clerici in manifestatione rerum vel mercium, quas secum portauerint, tenebuntur iurare se illa ad suum vsum, ac necessitatem emere, & illius iuramento standum est nisi per partem aduersam contrarium probaretur, vel militaret aliqua praesumptio in contrarium, vide *Mascard. de probation. concl. 953. num. 11. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 14. num. 2. Farin. in praxi crimin. q. 172. nu. 30. Modern. de iurisdic. p. 4. casu 83. nu. 7. Et si falsum iurauerit non potest de eo querelari *Valasc. consult. 131. num. 11.**

SYMMARIUM.

1 Subdiaconatus in primitiua Ecclesia Ordo Sacer non reputabatur.

2 Subdiaconatus inter Ordines sacros numeratus fuit a constitutione Gregorij atque vrbani.

3 Materia Subdiaconatus est proprie Calix vacuus etiam non consecratus cum patena.

4 Subdiaconatus Ordo, & alij minores vna eademque die sine Pape licentia conferri non possunt.

5 Ante annum a suscepto postrema gradu minorum Ordinum ad sacros quis promoueri non potest, nisi necessitas, aut Ecclesiae utilitas postulauerit, aut consuetudo permitteret.

6 Diaconi materia est liber Euangeliorum.

7 Sacerdotalis Ordinis materia remota est Calix cum vino, & Patena cum Hostia, materia vero proxima est illorum traditio.

8 Sacerdos manet initiatus si Episcopus moriatur, antequam proferat verba illa, Accipe spiritum sanctum &c. per alios alios.

9 Ordo Sacerdotalis non est iterandus, si ex oblivione tradatur illum assumenti rias cum vna tantum specie.

10 Duo sacri Ordines eodem die etiam Regularibus dari non debent.

11 Duos sacros Ordines suscipiens non solum peccat, sed a posteriori suspensus est, in quo solus Papa dispensat, nisi consuetudo permitteret.

12 Locus congruus ad conferendos sacros Ordines est Ecclesia Cathedralis, vel loci dignior.

13 An locus ubi Episcopus Ordines confert in litteris ordinandorum sit exprimendus? remissum.

14 Hora pro sacrorum collatione quae sit ostenditur.

15 Tempus maturum non est de substantia collationum Ordinum.

16 Missa cum sacri Ordines conferuntur non est de substantia.

17 Ordines maiores quare sacri appellantur, ostenditur.

EPISCOPVS SACROS Ordines quando, & qualiter conferat?

ALLEGATIO XIV.

1 Subdiaconatus, qui inter Ordines sacros primo loco numeratus est, in primitiua Ecclesia Ordo Sacer non reputabatur, vt inquit *Vrbani* Papa in cap. nullus 4. 60. distinct. ideo legimus tempore Syricij antiquissimi Pontificis Cathedrali Petri tenentis anno Christi 386. & 40. post Petrum, Subdiaconatum minime esse Sacrum Ordinem in cap. quicumque vbi glos. verbo ad Diaconi 77. dist. confirmatur etiam e ratione quod in Concilio Laudiceno. c. 21. non permittitur Subdiaconis ingressus in Sacrarium, nec contactus vasorum Dominicorum, & tamen constat vasa sacra ab alijs tanti non debere, quam a sacris hominibus, vt dicat *Stephan. 1. in Epistola ad Hilarium.*

2 Inter sacros autem Ordines numeratus fuit a Constitutione Gregorij atque vrbani, vt dixit *Innoc. in c. miramur de seruis non ordin. vbi glos. refert praedictas Constitutiones, & latius Marc. Anton. Capet. in tract. de perpetua castit. sacerdot. c. 7.*

3 Materia Subdiaconatus est proprie Calix vacuus cum Patena, cuius traditione perficitur ordinatio, quia deseruit praecipue sacrificio per Calicem, & Patenam, in quibus sacrificium celebrandum est, *Iacob. de Grassis in decis. auersis par. 2. lib. 1. ca. 9. n. 6. Redolph. Cuperf. in repet. c. oportebat 79. dist. in §.*

*Subdiaconus Ordo art. 1. Carol. de Graſſis de effectib. clerical. in prelud. n. 288. & ſeq. ubi addit onus eſſe pertinens ad hunc Ordinem ad ſacrificium deferre vinum & aquam in vrcolis, Diaconis adminiſtrare, & mantile & manutergium tenere, & pro lauandis ante altare manibus Sacerdotibus aquam præbere: & hoc etiam officio functus fuit Ieſus Chriſtus Dominus noſter quando linteo ſe præcinxit ad lauandos pedes diſcipulorum; & quando de aqua in nuptijs fecit vinum. Non eſt neceſſe Calicem eſſe conſecratum, vt ait *Sot. l. de ſm. & Emman. ſa*, quos refert, & ſequitur *Hemig. in ſumm. lib. 10. c. 5. in commento littera F. & c. 8. num. 3. contra ſilueſtr. verbo ordinatio 2. §. 4. verſ. 3.* & alios quibus adhæret *Fornarius de Ordine c. 20. ad finem*, ex eo quia nullo iure conſtat neceſſariam eſſe Calicis conſecrationem ad eſſentiam ſacramenti, tum quia ſicut valide conſecri poteſt Sacramentum in Calice non conſecrato, ita valide conſecri poteſt character Ordinis per traditionem Calicis non conſecrati: attente tamen inuigilandum ab Epifcopo, ne Calice non conſecrato vtatur, cum non ſine maxima cauſa conſtitutum ſit, vt Calices conſecrentur, & non niſi à perſonis ſacris tractentur *can. in ſancta de conſecr. diſt. 1.**

4 Subdiaconatus ordo, & alij minores, vna, eademque die ſine Papæ licentia conſecri non poſſunt *cap. 2. de eo qui ordin. ſunt. ſuſcepit.*

5 Quinimo hodie ne dū ſimul dari non poſſunt, ſed nec infra annum, cum non niſi poſt annum à ſuſcepto poſtremo gradu minorum Ordinum ad ſacros quis promoueri poſſit, niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas aliud expoſcat, vt habetur in *Concil. Trid. ſeſſ. 13. de reform. cap. 11. cuius Concilij decretum arbitrio Epifcopi remittit facultatem abbreviandi interſtitia*, non autem promouendi, vel diſpenſandi, vt promouerentur vna die, ad duos ſacros, vel vltimum minorum cum primo ſacrorum: ita *Mench. de arbit. caſu 364. num. 6. Mayol. de irregularit. lib. 4. c. 11. poſt num. 1. & lib. 3. c. 24. poſt num. 13. ſalzed. ad Bernard. c. 25. verſ. vna eadem die.* Non tamen Concilium dicto loco, aufert conſuetudinem, quæ permitteret, vt poſſint ſimul minores dari cum Subdiaconatu, nam ubi ea extaret, licet hiſ quoque temporibus eos ſimul conſecreret Epifcopus, vt tenent *Nauar. in man. c. 25. num. 71. verſ. 8. Rebuff. in praxi benef. tit. de clericis male promotis gloſ. 1. num. 18. ſorb. in comp. priuileg. mendicantium verbo Ordines ſacri verſ. & licet*, *Gutier. Cammie. lib. 1. c. 26. num. 31. & 32. Puald. in Candel. aureo tit. de ſacramento ordinis num. 36. Hemig. in ſumm. lib. 10. c. 11. §. 4. ſoar. tom. 5. diſp. 31. ſect. 1. n. 41. Fr. Emman. quaſt. regularium tom. 3. quaſt. 23. art. 4. Quamuis ab ipſo Concilio ſublata eſſe omnem contrariam conſuetudinem exiſtiment *Mayol. d. lib. 4. c. 11. num. 1. Mench. d. caſu. 564. num. 8. ſalzed. d. c. 25. verſ. vna eadem die.**

6 Diaconi materia eſt liber Euangeliorum, & illius traditione perficitur ſua ordinatio, *cap. Diaconus 23. diſtinct.* cuius officium eſt publice legere Euangelium in Eccleſia, & miniſtrare in ſacrificijs, verbum gentibus prædicare, & Sacerdotibus in ſacris Eccleſiæ actibus deſeruire, ad quos actus omnes alij, qui attribuantur huic officio, redduntur, quod officium etiam Dominus noſter exercuit quando poſt Cœnam Sacramentum ſanguinis, & carnis miniſtrabat diſcipulis, ac quando prædicabat Euangelium, ideo eis assignatur liber

Euangelij & Stola in modum iugis, alteri tantummodo eius humero iniecta, *Radulph. Cuſperſ. in d. c. oportebat rub. diaconatus inſtitutum art. 1. num. 38. Graſſis d. cap. 9. num. 7. Carol. de Graſſis d. prelud. n. 290.* 7 Sacerdotalis vero Ordinis materia remota eſt Calix cum vino, & Patena cum Hoſtia: materia vero proxima eſt traditio Calicis cum vino, & Patenæ cum Hoſtia *cap. præterea ſancta gloſ. 13. diſtinct. cap. generaliter, §. vtriſque 16. q. 1.* Manus etiam ſuper ipſum imponit ordinator, & preſbyteri ſtantes *ca. preſbyter 13. diſtinct. cap. ult. de ſacram. non iterandis, ubi Hoſt. num. 10.*

8 Aſſeri ſufficere etiamſi non omnes ſtantes, ſed duo tantum manus imponant, & ſic Sacerdos remanet initiatus Ordine Sacerdotali ſi hiſ paractis moriatur Epifcopus, antequam illa verba proferat, *Accipe ſpiritum ſanctum, quorum remisisti peccata, remittuntur eis, &c.* licet hiſ verbis prætermiſſis imperfecta ſit Sacerdotalis poteſtas, cum Sacerdos à peccatis nequeat abſolutionem impendere prætermiſſis ab Epifcopo præcitatis verbis: ita *Valent. tom. 4. diſp. 9. q. 1. puncto 5. Card. Bellarm. c. 9. de Ordine ſoar. 10. 5. diſp. 42. ſect. 4. & 13. Martin. Fornar. de Ordine c. 2. num. 1. ad finem, Hemig. in ſumm. lib. 10. cap. 6. §. 1.*

9 Cum quo reſolue contra nonnullos recentiores Ordinem Sacerdotalem non eſſe iterandū neceſſariè, ſi ex obliuione tradatur illum aſſument vas cum vna tantum ſpecie, poteſtas enim conſecrandi vtramque ſpeciem non traditur diuiſim, ſed qui poteſt vnam ſpeciem conſecrare, poteſt & aliā, cum Chriſti corpus coniunctum ſit cum ſanguine, & ſanguis cum corpore, poſt hæc ſcripta reperi contrarium tenuiſſe poſt *Petr. Ledefina Campanili in diuerſorio iuris Canon. rub. 2. num. 17.* Sed nescio quo fundamento, cum ipſe num. antec. reſoluat ad hoc vt dicatur collatus Ordo preſbyteralis, ſufficere Calicem, vel Hoſtiam perſtingere.

10 Duo ſacri Ordines eodem die etiam Regularib. conſecri non debent, vt de iure probat *cap. litteras, & cap. dilectus de temper. ordinat. & habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 13. & latè firmant Hemig. in ſumm. lib. 6. cap. 10. §. 3. lit. Q. & lib. 13. cap. 38. in fine, Fr. Emman. in explic. Bullæ Cruciatæ fol. 238. & quaſt. regul. tom. 3. q. 23. art. 4. & q. 24. art. 13. & 5. And. Gambar. de officio, & poteſtate legat. lib. 2. num. 264. Rebuff. in praxi benef. p. 2. tit. de clericis ad ſacros ordines male promotis gloſ. 1. num. 18. Francis. Leo in theſauro ſoci eccleſiaſtici p. 1. c. 4. num. 29. & p. 3. c. 8. num. 50. praxis noua Epifcopalis p. 1. c. 1. num. 50. verſ. huc ſpectat, Galet. in margar. caſuum conſcientiæ verbo Ordo 3. Ruler. Reginald. in praxi ſoci penitent. lib. 30. tract. 2. num. 189.*

11 Itaut non ſolum peccet, ſed etiam à poſteriori ſit ſuſpenſus, cum quo ſolus Papa diſpenſat, vt melius ex ſupracitatis probat *Fr. Emman. d. quaſt. 23. art. 4. & quaſt. 24. art. 5.* Quam quidem ſuſpenſionem incurrit etiam ille, qui continuato eiſdem diei ieiunio Dominica die ſequenti quatuor temporum recipit duos Ordines ſacros, vt aſſerunt *Hemig. d. lib. 13. c. 38. §. 3. in fine, & ſalzed. ad Bernard. c. 25. prope finem, pag. 104. ubi dicit etiam tunc ſuſpenſum eſſe Epifcopum à collatione Ordinum, & ordinatum ab executione, donec Apoſtolica Sedes diſpenſationem ei indulgeat. Si tamen conſuetudo adit contraria, hiſ etiam caſibus, & poſt Conc. foret valida, vt ſupra cum *Nauar.* & alijs ſufficienter probauimus.*

12. Locus congruus ad conferendos sacros Ordines est de iure Ecclesie Cathedralis, ut asserit Sylvest. verbo *Ordo* 2. num. 8. consuetudine tamen obtentum est licere in ea Ecclesia eos dare, quam Episcopus eligere mauult. *D. Antonim.* 3. p. sum. tit. 14. c. 16. §. 17. Tabiena verbo *Ordo* §. 1. Rebuff. in regul. 23. Cancellaria vers. & minores, *Regolin.* de potestate Episcopi cap. 26. §. 24. num. 2. *Hemig.* in sum. lib. 10. c. 11. §. 3. praxis noua Episcopalis p. 1. c. 1. num. 46. pag. 55. Sed hodie hac in re clare disponit Concil. *Trid.* d. sess. 23. de reform. c. 8. ubi in hac verba; ordinationes sacrorum Ordinum Cathedrali Ecclesia, vocatis presentibusque ad id Ecclesia Canonici publice celebrentur: si autem in alio diocesis loco presente clero, loci dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper adcurat, referunt Garcia de benef. p. 8. cap. 1. num. 77. in fine, *Armend.* in addit. ad recap. legum *Nauarra* lib. 1. tit. 18. l. 1. de Episcopis vers. ad 10. Dubium deinde refert an locus ubi Episcopus Ordines confert sit in litteris ordinandorum exprimensus? de quo vide *Cald.* *Pereira* de empt. cap. 10. num. 5.

14. Hora vero pro sacrorum collatione est circa nonam per *glos.* 1. in cap. quod a patribus, ubi *Archid.* 75. dist. Sed vsus seruat, ut conferantur mane quacunque hora; Non est tamen tempus hoc de substantia collationis Ordinum, secundum doctrinam *Hofstiens.* in c. consultationi m. 2. de temp. ordinat.

15. Vbi habetur, quod tempus, aetas, & Episcopi qualitas, non est de substantia Ordinum, ideoque character imprimitur, si quocunque tempore, a quocunque Episcopo, dummodo in forma Ecclesie, & homini baptizato conferantur; conferentes vero, & recipientes ideo puniuntur, quia transgressores sunt Canonum, de quibus suo loco tractabimus.

16. Sic etiam Missa, cum sacri Ordines conferuntur, non est de eorum substantia, ut notant Doctores in cap. quod sicut de elect. *Armilla* verb. *Ordo*, n. 9. licet tamen requiratur de honestate, & vsu, ut firmit *Imol.* d. c. quod sicut num. 16.

17. Prædicti maiores Ordines ideo sacri appellantur à sanctimonialia, id est, castitate, & continentia, quam inducunt *glos.* fin. in sum. 31. dist. *Bellarm.* lib. 1. de sacram. Ordin. c. 8. vers. respondeo li. 1. quia illis annexum est castitatis votum, ob idque recte ratione sacer Ordo peculiariter in ecclesia is dicitur, cui est annexum sacrum votum continentiae, propter quod homo dicatur & sacatur Deo, ut inquit, *Valentia* tom. 4. disp. 9. q. 1. puncto 4. vers. *Innocentius* vero, *Formar.* de sacram. Ordin. cap. 1. n. 3. *Bonacina* de sac. disp. 8. q. 2. m. puncto 2. num. 2. ad si. *Flamin.* de resign. lib. 5. q. 6. ideo de continentiae voto maioribus Ordinibus annexo aliquid dicere allegatione frequenti operipretium duxi: quamuis prædictos Maiores Ordines dici sacros, quia ordinati in eis sunt, quorum actus, aut habent sacra tangere, aut sacramentum Altaris peripicere, dicant *Alphons.* *Aluarez* in speculo iuris Pontificij cap. 81. vers. circa istum articulum, *Carol.* de Grassis de effectib. clericalib. in prælud. num. 296.

S V M M A R I V M.

1. Continentia sacro Ordini quando cepit esse annexa, ostenditur.

2. Promouendi antiquitus continentiam expressè cogebantur polliceri.

3. Continentia sacris Ordinibus ecclesiastico præcepto fuit annexa.

4. Insignitus sacris Ordinibus ante pubertatem an arctetur ad continentiam? ostenditur.

5. Ordinatus vi metue, qui in constante virum caderet, esto suscipiat Ordinem, an voto continentiae teneatur? disputatur.

6. Insignitus sacris Ordinibus tenetur in confessione circumstantiam Ordinis sacri detegere, non solum cum actuale peccatum carnis patruit, sed etiam cum consensum praestitit.

7. Clericus fornicans ratione voti committit incestum.

8. Refutatur opinio asserentium concubitum clerici sacri insigniti esse simplicem fornicationem.

9. Intelligitur cap. quia circa, de bigamis.

10. Intelligitur cap. presbyter 28. dist.

11. Fornicatio clerici cum soluta non est adulterium.

12. Mulier fornicans cum clerico in maioribus non committit ex parte sua incestum, & num. 13.

13. Filius clerici in sacris constituti suæ matri potest succedere.

14. Contrarium ostenditur, ad id citatis pluribus Doctoribus.

15. Coitus damnatus dicitur ille, cui aliqua poena temporalis per legem, aut constitutionem iuris imponitur.

16. Filius ut non succedat matri sufficit esse susceptus ex coitu damnato, vel punibili.

17. Componuntur contrariae opiniones supra relatæ.

18. Clericus castitatem & continentiam sacro Ordini annexam seruare debet.

19. Qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt.

20. Continentia in clericis est de iure positio.

21. Non est de substantia & essentia Ordinis subdiaconatus, sed tantum accidens ex statu Ecclesie.

22. Papa dispensare potest, ut promoti ad sacros Ordines matrimonia contrahant.

23. Sic etiam potest dispensare cum religioso vel moniali super voto castitatis & continentia ut matrimonia contrahant.

24. Cap. cum ad monasterium, de statu monach. intelligitur.

DE CASTITATIS VOTO Sacris Ordinibus annexo.

ALLEGATIO XV.

1. Continentia sacro Ordini cepit esse annexa ex institutione *Sirici* summi Pontificis, circa annum 388. in cap. plurimos 81. dist. ut dixit *glos.* in e cum in præterito verbo qui sacramentis 84. dist. eamque postea confirmauit *Innoc.* primus anno 408. ut videtur deduci ex cap. proposuisti 81. dist. relicta in hoc temporum varietate, quam referunt *Sor.* de inst. lib. 7. q. 6. art. 2. vers. probatur, & *Valentia* tom. 4. disp. 9. q. 5. puncto 5. §. 2. vers. ceterum, multis testimonijs sacrarum scripturarum, antiquorum Conciliorum, veterum Pontificum, sanctorumq. Patrum Græcorum, & Latinorum, huiusmodi continentiae votum sacris Ordinibus æquissimo iure annexum fuisse, illiq. magno opere continentiam expedire referunt *Sor.* d. q. 6. art. 1. vers. & quoniam *Valentia* d.